V t possis odisse tuam pari . funera fratrum .
D ebueras oculis . sustinuisse tuis .
P lura loquebantur placidum puerilis imago .
D estituit somnum . si modo somnus erat .
Q uid faciam media nauem palimyrus in unda .
D eserit . ignotas cogor inire uias .
a Q uisquis amas sola loca nocent . loca sola caueto .
N am tibi secretos augent secreta furores .
E st opus auxilio turba futura tibi .
T ristis eris si solus eris . dominęque relicte .
A nte oculos facies stabit ut ipsa tuos .
T ristior idcirco nox ē quam tpa phebi .
Q ueque leuent luctus flebilis t̄ba sodalis abest .
N ec fuge colloquium . nec sit tibi ianua clausa .
N ec tenebris luctus flebilis abde tuos .
S p̱ hẽ piladem aliq̄ qui curat orestem .
H ic quoque amicitie non leuis usus erit .
Q uid tibi secretę leserunt phyllida silue .
C erta necis causa ē . incomitata fuit .
I bat ut aonio referens triaterica baccho .
I re solet fusis barbara turba comis .
& modo qua poterat longū spectabat in ęquor .
N unc in harenosa lassa iacebat humo .
P erfide demophoon surdas clamabat ad undas .
R uptaque singulta uerba loquentis erant .
L imes erat tenui longa subnubilus umbra .
Q ua tulit ille suos ad mare sępe pedes .
N ona terebatur miserę uia . uiderit inquit .
& spectat zonam pallida facta suam .
A spicit & ramos dubitat refugitque qđ audet .
E t timet & digitos ad sua colla refert .
b Q uo fugit: in pp̄lo tutior esse potes .

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1668/0401

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG